



**C**onsequitur de Coloribus Unde Color in musica  
vocalium similitudo figurarum huius processus  
pluribus repetita positam in eodem cantu. **P**ro  
quo nota quod nonnulli cantores ponunt differentiam inter  
Colorem et Tallam. Nam vocant colorem quando  
reperuntur eadem voces. Tallam vero quando repe-  
tuntur similes figure. et sic sunt diversarum vocum  
Quae diversitas hic servatur in pluribus tenoribus  
motuum. Non tamen servatur in ipis motibus. Et  
predicta genera rudia sufficiunt in arte practica can-  
tus mensurabilis inelantibus introduce. **I**ncipit  
tractatus figurarum per quas diversimode discantatur per  
aliquos non sequentes modum tenor sed alterius temporis  
**Q**uoniam sicut dicitur placuit scientiam musicam in  
Corde desiderantem gratiose perlustravit. Et  
Magistri nostri antiqui primam intellectum musicalem  
habuerunt et hoc factis grossis modo, sicut adhuc pa-  
tet in motibus iporum magistrorum videlicet Terbin  
quem non abhorruit et in alijs. Cum ipsi post modum  
subtiliorem considerantes primam reliquerunt et arte  
magis subtiliter ordinauerunt. Ut patet in isto mo-  
tuo. **A**pta caritur. Hic nunc successione venientes  
habentes et intelligentes que primis magistris reli-  
vunt. Magiores subtilitates invenerunt et quod per ante-  
cessores imperfectum relatum est per successores reformatum.

De figuris